



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignatius Sive De Vita Et  
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

**Bidermann, Jakob**

**Antuerpiae, 1635**

Sepultura. Cap. XIX.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5**

## IGNATII sepultura. CAP.XIX.

99. **A**FFECIT hæc IGNATII  
mors grauiter multos, sed  
domesticos præcipue omnes. Qui-  
bus tamen confestim suppeteret  
solatia crebriora cœperunt, quæ  
Pater illis è cælo missitabat. Inde  
lacrymæ alijs, affectuum speique  
plenæ, decurrere; nouum animi  
robur in alijs videri; aliqui in la-  
bores resque aduersas, pro C H R I-  
S T O , fortius ruere: non ignari,  
cui nouus hic se impetus deberet.  
Ductum funus, sepultumque hu-  
mili primùm conditorio, Kalendis  
Sextilibus, propter aram Maxi-  
mam eius Templi, quod Mariæ  
ad viam inscribebatur. Sed anno  
deinde M. D. L X I X . die funeris  
anniversario, quod aram contige-  
rat mutari, in alteram eiusdem æ-  
dis partem transportatum est: do-  
nec sub annum M. D. LXXXVII.  
ante xiiii. Kalend. Decembres,  
in nouum Professę Societatis tem-  
plum, ab Alexandro Farnesio Car-  
dinale

IX.  
TII  
, sed  
Qui-  
tere  
quæ  
Inde  
iique  
nimi  
a la-  
IRI-  
nari,  
eret.  
e hu-  
endis  
laxi-  
laria  
anno  
neris  
tige-  
næ-  
: do-  
VII.  
bres,  
tem-  
Car-  
nale

L I B E R I. 101  
dinale magnificè constructum,  
placuit transferre lipsana ; & tu-  
mulo plumbeo inclusa , propter  
dexterum aræ maioris latus collo-  
care. Impositum supernè saxum,  
leue illud quidem, neque cælo la-  
boratum : sed iuxta in pariete ad-  
stituitur marmor, nigro colore ac  
relucens , cum hac scripturâ :

D. O. M.  
I G N A T I O  
S O C I E T A T I S I E S V  
F V N D A T O R I.

OBDORMIVIT IN DOMINO  
AETATIS SVAE ANNO LXV.  
CONFIRMATI A SEDE  
APOSTOLICA ORDINIS XVI.  
SALVTIS HVMANAЕ M.D.LVI.

KAL. AVG.  
EIVS IN CHRISTO FILII  
PARENTI OPTIMO  
POSS.

Eo in loco situm aliquamdiu  
B. Parentis auctorisque nostri cor-  
G 3 pus,

## 102 S. IGNATII VITA.

pus, apud omnes in præcipuâ ve-  
neratione erat: sed & nuper indi-  
dem refossum , ac Sacello, quod  
ipsius proprium ibi visitur , illa-  
tum, à Nobilitate Populoque Ro-  
mano impensè hodieque colitur;  
vndique multis, religionis caussâ,  
côdem accurrentibus. Quos cer-  
tum est , exciri cùm magnâ vitæ,  
nec vulgaris sanctitatis opinione:  
tum admiratione earum rerum,  
quas mirificas illius precibus fieri  
quotidie vident. Capiuntur & ma-  
gnitudine fructus, quem sūs illum  
suorumque laboribus peperisse in-  
telligunt: rati , haud facilè posse  
eam ramorum fecunditatem, nisi  
ab optimæ stirpis indole diffundi:  
neque tam vberes aquas , nisi à  
fonte salubri & abundo , sca-  
turire.

100. Ceterùm statura IGNA-  
TIO fuit infra proceram: matura  
in ore grauitas: frons passa & ex-  
plicata. Oculis recedentibus pal-  
pebræ incumbebant, quas ipsas vi-  
deres ab assiduo fletu irrigatas.

Aures

A  
su  
xi  
la  
tr  
se  
bi  
se  
ti

Aures ei mediocriter paruae: na-  
sus aquilinus: color albo atque  
æneo dubius: vultus ex æquo hi-  
laris ac seuerus: qui facile in v-  
trumque mouere intuentes pos-  
set: vertex caluitio honestus: ti-  
biarum altera ex vulnere breuior;  
sed cruris vnius vitium, inceden-  
tis modestiam tegebatur.



G 4 S. IGNATIUS